



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Oratio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](#)

veste vt stultum spreuit : & lu-
etuosa ad columnam Fla-
gellationem.

Oratio.

O Ffero tibi æternè Pater ad
tuum honorem & gloriā,
in meam totiusque mundi sa-
lutem , indignissimū facinus,
quo vnigenitum tuum Filium
Herodes alba opertum veste,
stulti ad instar spreuit ; indi-
gnissimos protrusionis ictus,
& verbera , quæ illi per Hiero-
solymitanæ vrbis plateas &
compita à Iudæis illata, modò
in cænum & spurca loca supi-
num proijciendo : modo cäl-
cibus perurgendo , nunc per
terram trahendo , nunc illum
stoli-

stolidum & stultum , & alijs
contumeliosis verbis compel-
lando. Pro quibus infinitas
gratias ago, amo, teque bens-
dico, deprecans omnium mea-
rum insipientiarum veniam :
& flagitans gratiam, abomi-
nandi stultam mundi sapien-
tiam; & intimo corde aman-
di contemptum & illusiones:
ita ut nil amem seu gustem a-
liud, præterquam te, & quæ
tua sunt.

Offero pari modo Domine
Pater, Filij tui crudelem , &
probrosam ad columnam Fla-
gellationem : millia dirè infi-
cta verbera, liuores, & virginali-
lis illius carnis dilaceratio-
nes: pretiosissimū Sanguinem
copiosè per terram profluen-
tem :

tem: indicibilē dolorē & tor-
mentum, quod inde exortum.
Verecundiam, quæ illi obor-
ta, quando nudus ante lupo-
rum rapacium stetit conspe-
ctum: horrendas blasphemias,
quibus ab illis exceptus, cete-
ramque barbaricam, qua illū
diuexarunt, crudelitatem. Pro
omnibus hisce gratias ago, a-
mo, teque infinitè benedico,
supplicans per merita huius
Mysterij, pro omnium mea-
rum impuritatum, & sensuali-
tatum remissione, totius meæ
transactæ vitæ remissione: si-
mul & gratiam deinceps purè,
& immaculatè coram te in di-
uino tuo conspectu viuendi,
ut perfectè meam spiritui sub-
igam

Celebrandi Missam. 119

igam carnem, tuæque diuinæ
subiiciam legi. Amen.

Die Veneris.

HAbebis memoriam diræ
Crucifixionis, & acerbæ
Mortis Seruatoris nostri, di-
cendo:

Oratio.

Offero tibi ô æterne Pater
ad honorem & gloriam
tuam, in meam & totius mun-
di salutem, acerbissimam & i-
gnominiosissimam, tui inno-
centissimi Filij supra montem
Caluariæ in Crucem suffixio-
nem siue actionem: impiam
eius sacrarum vestium spolia-
tionem atque extractionem,
qua